



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Expedita Juris Divini, Natvralis, Et Ecclesiastici Moralis  
Expositio**

**Tamburini, Tommaso**

**Coloniæ Agrippinæ, 1665**

Ex quo casuali homicidio incurratur Irregularitas? parag. 2

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40132**

## §. II.

*Ex quoniam casuali homicidio incurritur  
Irregularitas?*

1. **H**omicidium, quod casuale appellamus ex eo, quod casu, id est præter intentionem occidentis sit, tribus contingere modis potest.

Primo, quando quis nolens occidere quemquam, nec de occasione cogitans, vel subdubitanus, opus tamen ponit ex quo omnino per accidentem sequitur occisio alicuius, præter suam intentionem. Solet afferri exemplum, ut, si famulorum quis ducat secum ad vendendum, & famulus casu decidat ab equo, moraturque.

2. Secundo, quando quis opus ponit, ex quo non solet, nec semper, nec saepe mors alterius sequitur, interdum tamen sequitur; ipse autem mortem nullo modo intendit, sed illam prævidens, vel saltem de illa subdubitans, non adhibet remedia, ut non sequatur, vel, si talia remedia non adiunguntur, non desistit ab opere, ut certè nunc ex justitia desistere deberet. Exemplum solet afferri de eo, qui projicit lapides, & ligna in publicam viam, nullo signo dato, quo transeuntes sibi caveant, cum tamen advertat, vel certè de aliquo morte subdubitet, quamvis illam non intendar.

3. Tertio, quando quis opus ponit, ex quo solet sequi occisio, caput v. gr. inimici graviter frangit, ictum gladii in pectus impingit, &c. animo tamen illum non occidendi, sed solum vulnerandi.

Primum, ex his dicitur Homicidium verè casuale. Secundum, dicitur mixtum à casuali, & voluntario. Tertium, verè voluntarium.

4. Jam de hoc Tertio verè voluntario agemus §. 7. quando de Homicidio voluntario disputabimus. De Secundo, hic est proprius agere locus, nam de primo nibil dicendum erit, quia per omnes hoc à primo loco dictum Homicidium, quod verè, & ex qualunque parte est casuale, nullam parit Irregularitatem; ad hanc enim, quæ est ex delicto, incurriendam, requiritur culpa, quæ cum hic <sup>1. Sayr. de absit, aberit, & pena Irregularitatis, nam præ-</sup> Conf. l. 7. o. <sup>2. Barbos. in</sup> tera plures apud Sayrum & advertunt, non aff. 29. fici Irregularitate illum, qui, ut gravem la-

pidis ictum, quamvis joco immisum declinet, casu in alium incidit, cumque præcipitavit, vel alio modo absque ipsius dolo occidit, quia tunc merè casialis fuit mors.

5. Potro Homicidium mixtum, de quo in hoc paragrapgo agendum erit, quodque deinceps brevitatis gratia appellabimus casuale (nam primum appellabimus cum addito, verè Casuale) vel contingit, dum positivè quis alicui operi vacat, quod opus aliquando esse posset licitum, aliquando autem illicitum: vel contingit, dum nihil agit, seu dum negativè se habens, omittit aliquid agere, ex qua omissione mors alicuius consequitur. Habe jam de omnibus his tres Regulas, singulas singulis hujusmodi casibus respondentes.

## PRIMA REGULA.

*Operi licito vacans.*

6. Si rei licitæ vaces, v. g. si domum destruas, & omnem moralē diligentiam, ne quis offendatur, apponas, clamando v. g. ut quilibet sibi ab lapidum, lignorumque proiecione caveat, offenditur tamen aliquis, ac a Loff. l. 2. c. præter tuam intentionem moritur, nec pec- 9. dub. 15. n. cas, nec consequenter Irregularitatem a con 103. Caffr. trahis. Ratio est manifesta, quia, ut modo dixi, de lege pæ- ubi nulla culpa, nulla pœna. nali l. 2. c.

7. Contra, si simili rei licite vaces, mo- 14. conf. 1. raleaque diligentiam non adhibeas, undè G. Hurt. de alicuius mors sequatur; & peccas, & Irreg- Irreg. d. 2. lauitatem contrahis, si tale periculum pævi- diff. 8. n. 29 disti, licet mortem illum non intenditis, Ra- Aul. de tio est, quia opus illud licitum, illicetum tunc Cenf. p. 7. d. fit in materia homicidij, propter diligentiam 6. sec. 1. au. non adhibitam. Vides discrimen? in priore 1. S. V. Ir- casu periculum pævidisti, & sufficenter ea- reg. ex def. yisti; hic vero pævidisti, & tamen nequa- licita n. 4. quam cavisti. 10. Propos.

8. Rectè ergo Pontifex b. decrevit, incidisse 9. 5. de Ir- in Irregularitatem Presbyterum, qui puerum reg. d. 11. n. intuitu doctrinæ percussit in capite, si puer ex 84. percussione, vel ob infirmitatem ex percussio- b. C. Præsb. ne contractam, occubuerit, quia nimatum, ut de Homic. notant hic Doctores apud Barbosan, & per- c. Barbos. in cussio fuit excessiva, & consequenter non Coll. ad hoc fuit sufficenter cautum in modo percussio- C. Præsb. nis, licet alias verberare ob doctrinam sit terum, de res licita. Nam, si percussio (dicunt idem) Homicidio. fuisse

furter sine excessu, tum quoad numerum, tum quoad qualitatem istuum, Praesbyter nec homicida fuisse, nec Irregularis. Eodem modo debes discurrere in similibus, quae afferuntur in Sacris Canonicis.<sup>a</sup>

a C. Dilectus de Ho-  
mit. 9. Inquires. Si prævidi quidem, sed non ca-  
vi ex negligentia, seu inadvertentia in foro con-  
scientiæ, & coram Deo, solum culpabili venia-  
liter, ero ne tuus Irregularis;

b Corinis. de Seer. d. 18. 10. Respondeo. Non eris Irregularis, quia, ut sacerdotem dictum est, tanta poena, quanta judi-  
catur Irregularitas ex delicto, de qua loquimur  
dub. 9. nu. (Irregularitas enim ex defectu lenitatis non in-  
88. Dian. p. 4 tr. 2. r. ducitur ex culpa, ut videbimus) non æquum est,  
ut à levi culpa prolognatur.

21. 10. Piap. 11. Dixi (si prævidi quidem) si enim nulla  
g. 5. de Ir-  
reg. d. 10. ratione pericula prævideatur, nec subdubi-  
n. 75. Ca-  
sifrop. de Cens. d. 6. tatio occurat de periculo, quamvis nulla di-  
ligenzia apposita fuerit, nullum peccatum ad-  
missum est, propter inculpabili inadverte-  
tiam, & consequenter nulla Irregularitas. Unde  
p. 15. §. 4. n. 1. alios cit. 12. Igitur illa causa in prima Regula non pri-  
mo. Vires enim humanas superat, ut quis dilige-  
tiam adhibeat ad vitandum periculum, de  
quo nihil in mente venit, ut notat etiè Mer-  
olla. c Merolla  
T. 1. d. 1. c.  
2. n. 118.

uel suspicio, quamvis levius, de periculo al-  
enæ mortis affrendæ à dicta tua actione, nec ta-  
mentum curasti veritatem, periculi indagare, pec-  
casti profecto sive mortaliter, sive venialiter  
ad mensuram, ut mox dicam, negligentiæ,  
quam apposisti; & quidem, si mortaliter, Irre-  
gularis eris, si venialiter, non eris, ut jam di-  
ctum est.

#### Operi illicito vacans.

12. Sive opus, cui vacas, sit illicitum in qua-  
cumque materia v. gr. in materia luxuriae, furti,  
&c. sive etiam in materia homicidij, hoc est, si  
vacas operi, cui est annexum periculum mor-  
tis, v. gr. projectioni lapidum, explosioni  
bombardæ, &c. semper, pari modo, ac in præ-  
cedentibus dictum est, excusaberis ab Irregu-  
laritate, si non prævidisti, nec subdubasti de  
homicidio, vel, si dubitasti, sufficienter per-  
similern diligiam, quam ibidem diximus,  
præcauisti; Secus non excusaberis.

13. Hanc regulam non omnes admittunt:  
probabilissima tamen est, & mihi certa in alia  
materia quacunque, & facis probabilis in mas-  
teria homicidij. Ratiō est eadem, quae dicta

est de opere licto, nam etiam hic, dum vacas  
operi enīcumque illicito, Homicidium nullo  
modo voluntarium est, unde, nec culpabile, &  
consequenter, nec inducens Irregularitatem;  
neque enim, actionem esse quomodoconque  
illicitam, trahit malitiam homicidij voluntarii,  
si quoad eventum homicidij, sufficienter cau-  
tum sit.

14. Recd ergo de illo, qui equos surripuit,  
à quibus, dum eos sur abducere, mulier que-  
dam conficta est, & abortum passa, statuit  
Pontifex a furti reum esse, verum, si ipsius a C. 2. 17.  
voluntas perniciosa non agnoscerit (qua si-  
licet, ut norat Glossa, mulierem præmonuit,  
addamus nos, vel nullo modo de damno sub-  
dubitavit) aliqual legalis poena affici non debe-  
re. Consonat Gilianus, b qui bene at, Fratrem  
Franciscanum, qui equitando casu puerum  
occidit, peccare quidem contra Regulam sua  
Religious, sed Irregulari non esse.

15. Contra. Recd idem Pontifex, e cum  
narrasset, quosdam Clericos redeuntes à cul-  
tura vineæ lusisse hac conditione (qua tunc e-  
rat in usu) ut vicitor uteisetur victo pio equo,  
quendam autem victorem insilisse, quasi equi-  
taturum, in Diaconum victimum, & sic a falece  
ipiusmet Diaconi qua erat præcinctus, mortali  
le vulnus accepisse, & post octo dies ex eo vul-  
nere interisse, cum, inquit, id Pontifex nar-  
rasset, recte prohibet, ne Diaconus ascendet  
ad Sacerdotium, & ne in Diaconatu ministret,  
quia, ut notat d. Suar. aliisque, Diaconus con-  
scius consuetudinis insilendi, dum ludebat  
falece præcinctus, non sufficienter cavit peri-  
culum alterius,

16. Illud tamen, quando vacas operi illicito  
in materia homicidij est diligenter adven-  
dum; quando enim e tuus opus est valde  
connexum cum periculo mortis alterius, sem-  
per Irregularis ex homicidio voluntario pro-  
nuntiandus eris, quia præsumeris, voluisse ma-  
litiosè in causa illud homicidium, dum opus  
connexum periculo homicidij fulce pisti. At in  
foro conscientiæ, & coram Deo, vere tu non es  
Irregularis, si non prævidisti periculum, nec de  
eo subdubasti, vel, si dubitasti, sufficienter  
cavisti. Quod si aliquo tandem modo de per-  
iculo suspicatus es, eris Irregularis, quia, vel  
debebas sufficienter periculum cavere, vel, si  
caverti non poterat, opus erat, omnino ab illa  
actione desistere.

17. Atque in his eventibus, si certò scias.

gul.

nullam in te adfuisse negligentiam gravem, seu  
nullam te mortalem culpam commisisse, a-  
moto scandalo, poteris te gerere, tanquam **a**  
**Caſſar. d.** liberum ab Irregularitate, quia p̄ſumptio  
**1.8. 4.8.** exterior veritatem non laedit. Contra vero, si  
**b Caſſar. d.** exteriū judicetur, nullam fuisse culpam, vel  
**1.9. 9. n.** fatis levem, tu tamen conscientis sis, te gravi-  
**S. V. D.** ter deliquisse, obligaberis, ut verum Irregu-  
**rgul ex-** larem te gerere. **Lege circa prædicta Docto-**  
**rii, huius-** res b pastum.

**18. Obijcis.** Si opus illicium, cui tu va-

cas,

Irregularitatem ex se non afferis, cur Pon-

tis sex in multis Sacris Textibus est adeo folli-

citus in examinando, an committens homici-  
dium casuale, operam de derit re licite, an il-

licita?

**19. Respondeo.**

Quia sic melius fit judi-

cium de animo occidentis, nam adversus eum

qui operi illico vacat, facilis p̄ſumitur,

seu colligitor voluntas occidendi, seu non ca-

vendi homicidium, quam in eo, qui operi il-

lico vacat. Adde, eiusmodi examen non raro

fieri ad augendas, vel minuendas poenas ho-

micii, & ad faciliorem reddendam, vel dif-

ficiorem Irregularitatis dispensationem. A-

liam responſionem afferit Suar. & aliam Gasp. &

Hurt. aliam Jo. Præpositus, quos lege.

Ex p̄ædictis duabus Regulis colligitur, quid

dicendum de quibusdam casibus speciali-

bus.

#### Do Venatione.

**20. In qua**unque e Venatione, sive Cle-

rieus ( cui interdicta est Venatio clamola ) sive

Clavis. Ve-

ni. Vide

Sayr. de

Conf. 7. c.

huius. A.

Vide Cen-

tr. 27. d. 6

sig. 1. 1.

Far. 2. V.

trig. 5. 4.

21. Idem sub eadem distinctione dic de nu-

trientibus feras, f. puta Leones, Ursos. Ca-

nies, si quando mortem hæc bruta alicui affe-

de Nutrientibus feras.

**De**

Avilam.

22. Idem sub eadem distinctione, si lusi-

ti. a Sive enim ludus sit licitus, ut pilæ,

Trochi, & cetera, sive sit illicitus in alia ma-

teria, ut alearum Taxillorum, &c. Sive illici-

tus in materia homicidij, qualis est hastilu-

dium, tractatio gladiorum, Taurorum agita-

tion, non eris Irregularis, secura alicuius mor-  
te, si sufficienter morti consulisti; et si, si

non consulisti, & modo dicto, cautelas

non adhibuisti. Debueras autem omnino

ludum relinquere, si sufficienter providere, non

poteras.

**23. Si** ad domum tuam vocares, vel ad-

mitteres ludentes, etiam ludis ordinarijs, si

cos cognoveris facilè deventuros ad arma, ri-

xasque, it fore Irregularē, morte alicuius

secuta, puto; quia iunctu es cooperatus ho-

micio.

**24. Idem** sub distinctione p̄ædicta de lu-

dente cum muliere grida, & universaliter

cum ludente, sive jocante quomodo con-

que cum alio. Si quis enim gravidam v. gr.

excitat ad choreas agendas, vel puellæ meci-

culose jocans repentinum inicitat timorem,

unde mors sequatur concepti foetus animati,

non eris immunis ab Irregularitate, si ma-

lum suspicatus, caute te non gessisti, sed eris

omnino b̄ liber, si inculpatē nihil es suspicatus,

vel, si suspicatus, gessisti caute, &c.

**25. Is** qui in ludo v. gr. pilæ, dum adver-

sarium propellit, ne pilam p̄cipiat, vel dum

pilam jacit,

puerum in aream proſilientem,

vel illas forē transeuntem interficit, Is, qui,

dum cum alijs colluctatur, aliquem de more

impelleus, casu occidit Is qui dum nivis glo-

bos in adversarios per jocum proſiçens, ali-

quem feriat lapide forē in globo nivis laten-

te, occidatque, li, inquam, regulariter ab

Irregularitate non afficiuntur, quia temper

supponuntur nihil periculi advertisse: nam fe-

cus, afficerentur sine dubio, si debitè non ca-

verunt.

#### De Ludentibus.

Sayr. l.c.n.  
19.

**a De hoc**  
vide Mai-  
lum de Ir-  
reg. l.s.e.  
4.8. § 3. n. 2  
Vgl. de Ir-  
reg. c. 22. n.  
2. concl. 34.  
aliosque t-  
b idem citat

**26. Idem** sub eadem distinctione die deli-

ciē, & illiciē equitante in equo intrastabili, ac

**c Avila, o**

feroci. **Lege Avilam. e**

#### De Equitante.

H

De

LIBER X. DE CENSURIS ET IRREGUL. TRACT. IV. DE IRREGULAR.

*Decedente ligna, & similibus.*

27. Idem de cædente ligna, seu arborem, sive suam, si ve furtivè alienam, sive contra Superioris prohibitionem: Idem de attollentibus, vel pulsantibus Campanam. Lege Clari*rum.* Idem de projiciente ligna, lapides, tegulas, ut supra insinuatum est.

*Praxi Crimin. V. Horae. Farin. Dubium incidens de casu, quo plures incaute- Tit. de Ho- projiciunt lapides vel similia.*

*mic. q. 126.*

28. Si plures lapides, plures sagittæ, plura similia à pluribus projiciantur incaute, & constet prætereuntem quempiam fuisse ex illis occisum, ignoretur vero ex cuius iactu, neminem fore Irregularē, docet Aula, quia quilibet (ait) potest prudenter sibi persuadere, non fuisse suum lapidem, suam sagittam, & causam mortis.

29. Evidem id probō, si projicientes sint valde multi: at vero, si fuerint pauci, quales certè essent duo, vel tres, quilibet prudenter

poterit judicare, vel saltē dubitare, suum lapidem fuisse causam homicidii; dubius autem de facto homicidio se debet tenere homicidiam,

*b Supra, e. 3.n. 6. audientiam de Homicidio dictum est.*

*c Castrop. 30. Immo (ut rellè notat Castropalaus e.) de Cens. d. quando sunt etiam valde plures, qui lapides projeckerunt, si quis ex illis, propter peculiarem aliquam circumstantiam, dubiter, suum lapidis iustum fuisse causam mortis alterius, debet, propter eandem rationem dubii, si gerere, ut Irregularē, eo modo, quo dixi loco citato.*

31. Nec tetamen prætereat, nos hic loqui de projicientibus singulis pro se, nam si sit actio aliqua communis omnium, ut est in exercitu, quando omnes un co communique consensu projiciunt sagittas v. gr. in adversarios, dicimus infra, d

*14. n. 1.*

TER TIA REGULA.

*Omittens aliquid agere, unde mors alterius sequatur.*

32. Vel omittis aliquid, quod ex Justitia agere debes, vel, quod ex Caritate, quæ, quia diversum jus fortijuntur, separatim sunt explicanda.

33. Quoad prius. Omittens, seu non prohibens aliquid, ad quod tenebatur quis ex Justitia, si ex ea omissione sequatur mors alterius, tantum peccat, quanta est omissionis malitia, de qua re disertè locutus sum l. 6. in Decal. cap. 3. §. 1. à nu. 8.

34. Supposita ergo gravitate peccati, sicut ibidem cum omnibus dixi, incurri obligacionem restitutionis, ita ego nunc tanquam probabilius dico, incurri Irregularitatē: licet enim Diana & alios citans dicat, non incurri, quia in jure Irregularitas videtur imposita solum cooperanti per influxum positivum ad homicidium, quæ certè sententia probabilitatis est, probabilius tamen est incurri, quod ego ibidem sequutus sum, quia etiam cooperatio negativa est voluntaria, estque causa mortalis homicidij. Irregularitas autem adnectitur à jure homicidio injusto. Neque mirum, si in codem jure de eiusmodi negativa cooperatione non fiat expiella mentio; sufficit enim, si in ea cooperatione inveniatur tota ratio formalis malitia injusti Homicidij.

35. Nota autem, ut prædicta sententia Diana sit probabilis, debere eam intelligi, quando meritis negative se quis habet id quod latè, & clare explicabimus suo loco hincens.

36. Quoad posterius, nempè quoad obligationem solum ex Caritate, planior est Irregularitas excusa: io; Omittens enim agerit id, quod ex Caritate quis tenebatur, si ex hac omissione sequatur alterius mors, peccat quidem juxta gravitatem omissionis, ut dictum est: At vero idem in Irregularitatē non incurrit, si homicidium non intendit. Ratio est, quia hæc irregularitas est poena, quæ cum sit odio solum intelligitur imposta proprie d' eo homicidio, quod est illud, quod est propriè injustum, & non quod solum est contra Caritatem, ut ibidem diximus.

37. Et rectè Henriquez, c. Circa Irregularitatem, inquit, homicidii oportet, illud esse contra Irregularitatem, & idem censendum est de Irregularitate, & de obligatione restitutionis, quæ restituuntur, solum debetur, quando contra Justitiam peccatur. Addidi notanter illud (si homicidium non intendit) propter ea, quæ docui lib. 8 in Decal. tr. 3. c. 2. à n. 9.

Denique de dubio homicidii casualis vide, quæ dixi in Superioribus de Homicidio dubio cap. 5.

§. III.